

1. Pet. 2.

Peccata nostra ipse obtulit in corpore  
suo super lignum, ut à peccatis liberati iustis  
cie vivueremus, cuius vulnera sanati estis.

1. Timoth. 1.

Certus est sermo, & firmissime amplexus  
etendus, quod Christus Iesus venit in mun-  
dum saluos facere peccatores, quorum ego  
primus sum. Sed ideo misericordiam consecu-  
tus sum, ut in me primo ostenderet Iesus  
Christus omnem clementiam, ad Exemplum  
omnibus in ipsum credituris ad vitam eter-  
nam.

Tu quoq; si secutus Paulum, habueris ean-  
dem fiduciam in Christum, iustus & saluus eris.

1. Timoth. 2.

Unus enim Deus, & unus Mediator  
inter Deum & homines, videlicet, homo  
Christus Iesus, qui dedit semetipsum ad re-  
demtionem.

Hebre. 9.

Quemadmodum constitutum est homi-  
nibus semel mori, postea autem iudicium: Sic  
& Christus semel oblatus est, ad tollendum  
multos